



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vsvardi Martyrologivm**

**Usuardus <Sangermanensis>**

**Lovanii, 1573**

Capvt VIII. De recentiorum martyrologijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42790**

Omnia cum nequeam Sanctorum scribere  
in quo maiora festa ac Sanctorum per anni circulum  
vitas pulchre descripsit. Clariisse fertur Anno sa-  
latis 1220.

Calendarius Ecclesiasticus Radulphi de Riuo  
Bredani, qui Tungris Decanus obiit Anno 1403,  
excusus est Louanij An. 68 apud Vuellacum, è ma-  
nuscripto codice, quem nobis communicauerat cla-  
ris. Dominus, Iacobus Pamelius Brugensis, S.  
Theol. Licentiatus, & Canonicus in cathedrali ec-  
clesia S. Donatiani. Cuius varia extant, pluraq.  
expectamus, multæ eruditioñis & vtilitatis, mo-  
numenta.

## CAPUT VIII.

De recentiorum martyrologijs.

Onscripterunt etiam aut collegerunt, aut locuple-  
tauerunt martyrologia, Egidius de Dammis,  
monachus Dunensis, ordinis Cisterciensis, Hugo de  
Toluis, Henricus de Iserelon, Petrus de Thimo, Go-  
denbertus, & alij. quorum scripta non vidi: quibus-  
dam tamen locis scio partim extare aut extitisse,  
partim vero indicari. Vidi martyrologium absque  
nomine auctoris impressum, quod inscribitur Viola  
Sanctorum, & alterum quod dicitur Panis quo-  
tidianus: sed neutrum me in vlo iuuit. Fran-  
ciscus etiam Maurolycus, abbas Messanensis in  
Sicilia, correxit & instaurauit Martyrologium  
ad usum Romance Curiae: sed multa in eo ad-  
iecit que sanctorum Ecclesiarum martyro-  
logijs

DE MARTYROLOGIIS,

logijs minus conueniunt, ut etiam eius labor ex parte ad eum  
annumerandus sit recentiorum collectaneis. Siem  
noster, in ijs quæ minimo charactere Vuardo ante  
notationes adiecimus.

Cap. 13

Vidi & alia quædam, è quibus nonnulla desumpta  
quorum inferius & mentionem faciam. Potest enim  
recentioribus annumerari Petrus de Natalibus Ean-  
linus episcopus, qui in sanctorum Catalogo copiosissimamente  
ex veterum Martyrologijs & aliunde, de sanctis disser-  
uit. Prædictis annumerentur poëtæ, Baptista Ma-  
tuanus, qui hexametro versu conscripsit fastus Ecclesiastico-  
sue de sacris diebus libros 12. & Ambrosius  
Nouidius Fraccus Ferentinas, qui ad Paulum tertium  
elegiacè scripsit sacrorum fastorum libros totidem.

C A P V T I X.

De vernaculis Martyrologijs.

**E**Xtant etiam vernacula quædam Martyrologijs,  
et si rariora: inter quæ Vuardus Tentonice editum  
cum passionali, Suollæ anno 1490, & postmodum Tri-  
iecti. Item Dilingæ anno 62 excusum est Martyrolo-  
gium Alemannicum, operâ Adæ Vualasser & magis  
illius Germanicæ Theologi & ecclesiastis, D. Petri  
Canisij Nouiomagensis: Cui titulus est, Martyrolo-  
gium: Der Kirchen Calender/ dair inne aeng-  
rigt werden die Christelijcken Festen vnd heiligen  
Gottes. Durch Doctor Petrum Canis-  
sium Thumpredigern Zu Ausborch &c. intrach  
versertigt. Sane valde optarim quod horum exem-  
plo etiam aliquis nostrarium, Belgico seu Germania  
inferioris, sive Flandrico, sive Gallico idiomate, contaretur  
populariter Martyrologium conscribere, ex Vuardo  
& al-